

¶ al. ita: una eademque res, &c. ¶ pertinet. ¶ Vespri- men. al. Vesperti- nien. ¶ C. 3. eod. tit. in xv. Compil. ¶ In omnib. manu- scrip- tis: que per ruf- ticos in Vespri- mensi Diocesi excoluntur. ¶ C. 1. re. foli. c. 17. ¶ Aliquod. ¶ reciperet. ¶ A se, in re- centiorib. sed in antiquis ad se, habetur: id est ad Ecclesiam S. Stephani. ¶ authentica in recentibus: sed in antiq. authentica legitur.

fuerit decimalis, & non debeat una eademque Ecclesia diverso iure censi: alioquin Parochialibus Ecclesiis exolvantur, ad quas de iure communi spectat perceptio decimarum. ¶ Quasosisti per Sed. Apost. edoceri utrum decima fru- ctuum parochialium ad Parochiales Ecclesias, que nec mi- nores recipiant, nec minutas, an ad Monasteria & illas Conventuales que decimas alias percipiunt ab antiquo, debeant pertinere. XXXI. IDEM Vespri- men. ¶ Episcopo. [C. an. 1210. Rom. in Hungariam.] Laici Ecclesias vel decimas donare non possunt, etiam si sunt Reges: nec ex eorum titulo præsuntur causa pre- scribendi. ¶ Dudum adversus Fratres Hierosolymitanos Hospitalis sancti Stephani de proponente in nostra presentia qua- sitionem quod ipsi decimas de laboribus rusticorum suorum Vespri- men. Ecclesie debitas non permitterent tibi solvi: [Et infra a.] Comparantibus igitur te ac ipsis statuto ter- mino coram nobis G. Presbyterum Card. tibi & eis conce- ssum Auditorum: coram quo decimas terrarum, que per rusticos Hospitalis Vespri- men. Diocesi excoluntur, & de Chirographo & de novacularia 27 Ecclesias, que per ipsos Hospitalarios detinentur, intentione tua de iure communi fundata petisti. Prior autem Hospitalis in præ- dictis decimis & Ecclesiis præscriptionem allegans, propo- suit se non teneri tibi super his respondere. Quod cum per Audito- rem ad nostram audientiam pervenisset: manda- mus, quod idem Prior præscriptionis titulum, quam alle- gavit, probaret, qui B. Regis ac Reginae Hungarie privile- gia exhibuit, qui Ecclesiam sancti Stephani, ad quam dictæ Ecclesie cum eisdem decimis pertinebant, in perpetuum elemosinam Hospitali donationis titulo concesserunt, confirmationis Clementis Papæ præd. no. scriptum exhibens, per quod probare volebat concessione prædictam plenum habere vigorem: [Et infra a.] Ceterum ex parte tua fuit propositum, quod in decimis & Ecclesiis ad Regem & Regina donatis, præscriptionem non poterat opponere pars adversa, quæ nec a donatione ipsorum initium habere poterat, nec a confirmatione præfata tantum effluxit temporis, quod possit præscriptio confirmari, & sic donationis Regis ac Reginae allegatus titulus nullus erat, cum sacrilegii crimen incurrat, qui Ecclesias vel Ecclesiasticum aliquid de manu recepti Laicali: [Et infra y.] Nos igitur cum donatores prædicti conferre non potuerint aliis, quæ ipsi de iure non poterant possidere, & per confirma- tionem prædicti Clementis super Ecclesia sancti S. Hospitali cum decimis & aliis pertinentibus ad eam factam etiam authenticam appareret, juri Episcopali nullatenus derogat: sententialiter prohibemus ne fratres Hospitalis præsumant ulterius impedire, quod minus decimas percipias memoratas, & pacifice possideas in futurum. ¶ A eos citavimus, præsentibus eis terminum Concilium generale quo cum instrumentis & rationib. suis nostris se conspecturi præsentarent, tibi respondere parati. [Et ad alterum nihilominus istam a se. record. Lucio PP. præ. no. postmodum confirmatam.] ¶ Unde si contingat Laicum in donatione Ecclesie talibus verbis uti. Do tibi Ecclesiam talem: nihil aliud concedere intelligitur, nisi jus Patronatus tantum quod habet in ipsa, prout in constitutione a nobis edita constat. Contra confirmationem autem fuit hoc modo responsum, quod consuetudo ipsa Ecclesia S. Stephani cum omnibus decimis & Ecclesiis, & aliis que ad eandem pertinent confirmantur, ius Episcopale non tollitur, non de illo nil exprimat ibidem, sed tantum debita decimarum portio in Parochia S. Stephani collatarum secundum terræ consuetudinem eisdem Hospitalariis reservatur. Præsertim cum petita decime a te in Parochia sancti Stephani non constent, quod de piano confessus est pars adversa. Contra vero fuit a parte altera replicatum, quod cum spatio 30. annorum tacueris, juri tuo tacite renunciasset videris. Sed hoc pars tua visa est repellere allegando quod 30. annorum taciturnitas non in iure communi, sed in privilegiis nocetur obtinere. Unde iure communi quod habet Episcopus in decimis vel Ecclesiis sua Diocesi, non nisi 40. annorum taciturnitate privatur. ¶ PITH. 26 Vespri- mensi Episcopo.] Vespri- mensi. Bon- fin. 176. 24. ¶ De Chirographo & de Novacularia.] De Cirogam & de novacaria. ¶ De iure non poterat possidere.] Cap. 7. sup. de præ- scriptionib. XXXII. IDEM in Concilio Generali. [an. 1216. Rom.] Domini prædiorum cogi possunt, ut prædicia dent colenda talibus, a quibus sine contradictione Ecclesia possit decimas consequi. Hoc dicit usque ad §. Ille. ¶ N aliquibus regionibus, quædam permixte sunt gentes, que secundum suos ritus decimas de more non solvunt, quamvis censentur nomine Christiano: his nonnulli Domini prædiorum ea tribunt excolenda, ut decimas defraudantes Ecclesias, majores inde redditus assequantur. Volentes igitur super his Ecclesiis indemnitate providere, statui- mus, ut ipsi Domini talibus personis, & taliter sua prædicia

excolenda committant, quod absque contradictione Eccle- siis decimas, cum integritate persolvant, & ad id, si ne- cesse fuerit, per centuram Ecclesiasticam compellantur. Iste §. propter sui brevitate non sumatur. ¶ Illæ quippe decimæ necessario solvenda sunt, quæ debentur ex lege divina, vel loci consuetudine approbata. XXXIII. IDEM in eodem. [an. 1216. Roma.] Prius solvenda sunt decima, quam census seu tributum: si prius illa solvantur, postea decimari debent. ¶ Cum non fit in homine, quid semen ferenti respondeat, quoniam juxta verbum Apostoli: Neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus: ipsum quidem de mortificato semine plurimum fructum afferit, nimis avare quidam in decimis defraudare nituntur census & tributa, que interdecim præterunt, de frugibus primitus deducunt. Cum autem in signum universalis domini, quasi quodam titulo speciali, sibi Domini decimas reservaverit: nos & Ecclesiarum dispendiis & animarum periculis obviare volentes, statuimus, ut in prerogativam domini generalis exactionem tributorum & census præcedat solutio decimarum, vel saltem hi, ad quos census, vel tributa indecimata pervenerint, quoniam res cum onere suo transit, ea per cen. Eccl. decimare cogantur Ecclesiis quibus de jure debentur. XXXIV. IDEM in eodem. [an. 1216. Roma.] Cisterciens. Templarii & Hospitalarii de fructibus posses- sionum, quas acquirunt post Concilium Generale, de quo hic, decimas solvere tenentur, si de illis possessionibus prius solvantur decima. ¶ Super Abbates Cisterciens. Ordinis in generali Conci- lio 29 congregati, ad commotionem nostram providè statuerunt, ne de cetero fratres ipsius Ordinis eman- possessiones, de quibus decimæ debeantur Ecclesiis, nisi forte pro Monasteriis noviter fundandis. Et si tales pos- sessiones eis fuerint pia fidelium devotione collate, aut empta, pro Monasteriis de novo fundandis, committantur aliis excolenda, a quibus Ecclesiis decimæ persolvantur. Ne occasione privilegiorum suorum Ecclesiis ulterius præ- graventur: decernimus, ut de alienis terris, & amodo acquirendis, etiam si eas propriis manibus, aut sumptibus excolunt, decimas persolvant Ecclesiis, quibus ratione prædiorum antea solvebantur, nisi cum ipsis Ecclesiis aliter duxerint componendum. Et hoc ipsum ad alios Regulares, qui gaudent similibus privilegiis, extendi volumus & manda- mus: ut Ecclesiarum Prælati promptiores & efficaciores existant ad exhibendum eis, de suis malefactoribus iustitia complementum, eorumque privilegia diligentius & per- fectius tudeant observare. ¶ PITH. 29 In Generali Concilio.] Helmoldus Chro- nic. Sclavor. 191. 75. Hi singulis annis celebrant Conci- lium apud Cistercium & decernunt ea que utilia sunt. Vvil- lehard. 15. In Catal. test. veritat. 404. 463. 615. 705. Matth. Paris. 113. Petrus Blesensis Epist. 82. XXXV. GREGORIUS IX. [C. an. 1235. Roma.] Breve est, & idèd non sumatur. ¶ Nterdicimus universis personis Ecclesiasticis, ut decimas detentas a Laicis ad alienas Ecclesias pertinentes in pi- gnus recipere ab eisdem Laicis non presumant. DE REGULARIBUS, ET TRANSEUNTIBUS AD RELIGIONEM. ¶ De materia hujus tituli vide Conc. Trid. sess. 25. tit. de regul. ¶ Civitanen. deglaturar in Codice Bar- tasia & alii. ¶ Post Conc. Later. p. 21. c. 1. & c. 8. eod. tit. in i. Compil. ¶ Vide B. Thom. 2. 2. q. 189. art. 5. & Conc. Trid. inf. ci- tatum. ¶ Impubes Monasterium ingressus, post annum a parentibus revocari non potest. Hoc dicit primo. Pubes per vim ingressus, post annum exire, vel a parentibus revocari non potest. Hoc dicit secundo. Abbas. ¶ Burch. l. 8. Dec. c. 3. lvo. p. 7. c. 26. ¶ Vide Conc. Trid. sess. 25. tit. de regul. c. 19. ¶ III. EX CONCILIO TOLETANO. [in Hispania.]

¶ al. Aurelian. sed habetur in Concil. Tribur. c. 25. refert Burch. l. 8. c. 36. lvo. p. 7. c. 55. & c. 6. eod. tit. in i. Compil. quib. locis aliis Conciliis tribuitur, sed fortassis non rectè. ¶ Hanc perio- dum ex anti- quis restituimus, ut est impressa, nam in vulgatis perperam le- gebatur. Joann. 12. ¶ Cap. 7. eod. tit. in iv. Compil. ¶ Pro voce, Concilio, que est in antiq. omnib. Codici- bus in anti- qua Compil. ponitur Capitulo, quod non est in- ceptum, nam generales monachorum conventus Capitula vulgo dicuntur. ¶ Cap. 7. eod. tit. in iv. Compil. ¶ Pro voce, Concilio, que est in antiq. omnib. Codici- bus in anti- qua Compil. ponitur Capitulo, quod non est in- ceptum, nam generales monachorum conventus Capitula vulgo dicuntur. ¶ Cap. 7. eod. tit. in iv. Compil. ¶ Pro voce, Concilio, que est in antiq. omnib. Codici- bus in anti- qua Compil. ponitur Capitulo, quod non est in- ceptum, nam generales monachorum conventus Capitula vulgo dicuntur.

Clericus secularis utens habitu & nomine Monachi, cogitur ut fiat Monachus, vel ab hoc desistat. ¶ UT Clerici, qui se fingunt habitu & nomine Monachos, & non sunt, corrigantur: ut veri Monachi sint, vel veri Clerici. IV. EX CONCILIO ARELANTENSI. ¶ Novitia, que spontè se ingerit aditus professurum, per hoc censetur professus. Hoc dicit, & est casus multum notabilis. ¶ Vidua si spontè velum conversionis, quamvis non sacrum, sibi imposuerit, & in Ecclesia inter velatas oblationem Deo obtulerit, velit nolit, sanctimoniam habitum ulterius debet habere. Licet sacramento firmare velit eo tenore ve- lamen sibi imposuisse, ut deponere possit. V. GREGORIUS ANTHEMIO SUBDIACO. [C. an. 600.] Monachus temerè ad aliud Monasterium transire, vel pecu- lium habere non potest. ¶ Joannes frater: Et infra. Prælati iustione tibi manda- mus, ut ne quem Monachum de Monasterio in Mona- sterium temerè migrare liceat, nec eorum aliquem pecu- liare quicquam habere. Sed si hoc præsumperit, Mona- sterio, in quo ab initio conversatus est, sub Abbatis sui Re- gula competenti coercitione reddatur. VI. EX REGISTRO GREGORII. [C. an. 600.] Ubi est aura Congregatio vel Religio, requiritur in pro- fessione plena pueritas, scilicet tempus 18. annorum. Hoc dicit habito respectu ad mentem litera. Est et textus singularis. ¶ Quia in infulus dura est Congregatio Monachorum, pue- ros in eorum Monasteriis, ante decimumoctavam an- num suscipi prohibemus. VII. ALEXANDER III. Archiepiscopus, & alii Ecclesiarum Prælatis, per Galliam constituit. [C. an. 1170. Rom. in Galliam.] Si Cisterciensis sine licentia sui Abbatis, ad aliud Mona- sterium transiit, ad proprium Monasterium revocari cogitur. ¶ Non est vobis dubium: [Et infra a.] Universitati vestræ mandamus, quatenus Monachos, vel Conversos Ci- sterciens. Ordinis, post professionem sine licentia Abbatis suorum, per Episcopatum vestros recipi nullatenus permit- tatis. Et si qui ex eis, sine licentia Abbatis suorum, de Monasterio exire præsumperint, & communiti celeriter non redierint, eos regredi compellatis. [Aut incertum quomodo fratres Religiosi Cisterciens. Ordinis ea Religione permanerint, & virtute, quod ex in- stituta primam prædecessorum nostrorum bis qui in eorum Monasteriis professionem faciunt, sine Abbatis sui licentia prohibetur de claustris discedere, & discedentes in aliis Monasteriis recipi. Inde est quod nos eandem constitutio- nem, non solum anticum Religioni, sed etiam consonam rationi sollicitè conservare volentes.] ¶ PITH. 1. Universitati vestræ mandamus.] Sares- buriensis 266. Petrus Blesensis Abbat. de Evesham Epist. 97. quidam inconflata levitate animi cum enormi scandalo de domibus Religiosis exiunt, & in aliena Regula gloriantes, eam contemptum habent qui se professionis vinculo adstrin- xerunt. De Cisterciensibus. VIII. IDEM MAGISTRO F. CIVITANEN. Canonico. [C. an. 1170. Rom. in Hispaniam.] Professio facta ante xiv. annum non obligat, post xiv. vero si sit per susceptionem habitus professorum, etiam non obligat, nisi deat perseverantia triada. ¶ AD nostram noveris 3 audientiam pervenisse, quod Ere- mita de monte Folio quosdam pueros seduxerunt, in tantum quod quidam suasionibus eorum assensum præben- tes, statim Religionis habitum in ipsum Monasterium susce- perunt: quorum unus T. nomine itatum pœnituit, quod ha- bitum induisset: [Et infra a.] Quocirca mandamus, quate- nus si confiteri, quod præfatus T. ante consummationem xiv. anni susceptum habitum deposuerit, aut si post xiv. annum habitum ipsum sine probatione susceperit & intra triduum deposuerit, eum ab impetitione prædicatorum Ere- mitarum denuncias absolutum: & eam, quam, postquam exivit, juravit accipere in uxorem, liberè posse traducere, si alia 2 causa rationalis non obstat. ¶ Id quod fecerat suis parentibus intimavit, qui ad locum ipsum morà postposita accedentes, eum inde traxe- runt, & cum non stetit ibi nisi per unam noctem tantummodo sicut accepimus, præfatus Eremita & quidam alii non permittunt eum quendam puellam ducere in uxorem, quam ipse juravit in uxorem ducere, & sicut dicitur, deponavit. ¶ PITH. 2. De monte Folio.] De monte Titiano. IX. IDEM ELIENSI 3 Episcopo. [C. an. 1180. Rom. in Angliam.] Pars II.

Qui recipit habitum professorum, ubi distincti sunt babi- tus, compellitur ubi vel alibi esse Religiosus: sed si reci- pit habitum novitiorum, potest ad seculum redire. ¶ Super eo quod quæsitum fuit de Clericis, qui Religionis habitum susceperunt, & ante professionem ad priorem statum reverti: Respondemus, quod si auferantur Religioni, ad quam migrasse noscuntur, servare noluerint, ad minorem Religionem sunt cogendi transire: nec amplius in Ecclesiis secularibus debent assumi: ne contra votum, quod Domino fecerunt, venire probentur. Verum si ante susceptum hujusmodi habitum in probatione positi recedere voluerint, secundum regulam beati Benedicti, non videntur prohiberi ad priorem statum redire, que videtur præ- cipere, ut in eadem veste, in qua veniunt, revertantur. ¶ PITH. 3. Eliensi.] Airenensi, vel Herefordensi. X. IDEM AMBIANEN. Episcopo. [C. an. 1180. Rom. in Galliam.] Canonicus Regularis potest officii Monachus, si religio, ad quam transiit, est strictior sua: alius secus. ¶ Sanè de Canonico qui in Ecclesia Aromaten. professio- nem fecerat, & fugerat ab eadem, in Monachum, a quodam Abbate recepto: Id tuæ fraternitati significamus, quod si locus ubi nunc permanet, majoris Religionis, quam Ecclesia Aromaten. existat, ipsum in eodem loco cum pura conscientia remanere permittas, alioquin eum ad prio- rem Ecclesiam redire compellas. ¶ PITH. 4. Aromaten.] Aromacensi. 2. V. C. vel Ar- cocacensi. Audomarenensi. XI. IDEM BELVACEN. Episcopo. [C. an. 1180. Rom. in Galliam.] Minor xiv. annis, proficendo non obligatur Religiosus, nisi factus major ratum habuerit. ¶ Significatum nobis: [Et infra a.] Mandamus quatenus si inveneris, quod G. non fuisset a parentibus oblatus: & intra xiv. annum facti voti pœnitens, a Religione re- cesserit: ab illo voto professionis, quod fecit, denuncias absolutum. Si autem a parentibus fuerit oblatus, seu xiv. annum compleverit, cum religione intravit, seu post decimum quartum annum professionem a se prius factam, ratam habuerit: eum ad eandem vel ad aliam religionem transire compellas. [Et pro certo monstratum, quod G. nondum incipiens esse xiv. annorum, timore Magistri qui eum iteris erudit- bat, habitum Religionis apud Ecclesiam de Ralson. suscepit, & inde sicut puer infra annum recessit, & per se- culi vanitatem jam sex annis, & eo amplius vagabundus discurrat. Unde quoniam hujus rei veritas nobis non constat, f. t. per ap. f. præ.] ¶ PITH. 5. Belvacensi.] Eliensi. Reson.] Diocesis Belvacensis. XII. CLEMENS III. [C. an. 1190. Rom. in Galliam.] Si filia minor xii. annis a parentibus Monasterio tradita, major facta spontè velatur, ad seculum redire non potest. ¶ Cum virum: [Et infra a.] Utrum ea, que intra discre- tionis annos a parentibus Monasterio tradita, habitum Religionis induens, benedictionem accepit, & exiens post- modum se cuidam militi copulavit, ad Monasterium redire cogatur: Consultationi tuæ taliter respon. quod cum juxta Concilii Toletani 8. censuram, Monachum aut paterna de- votio, aut propria professio faciat: quicquid horum fuerit allegatum, tenebit, revertendi ad seculum, aditu peni- tens interdicto. Non enim videtur illa Monastica professio- nis a se posse jugum excutere, cum eam non constet evi- denter contradixisse, cum benedictionem accepit, quam non nisi in ætate discretionis recipiunt que velantur, præ- fertim si rati habitatione secuta, etiam eam quandoque contra- dixisse contiterit, quod ante gestum fuerat, roboratur. Nec obloquitur quod de præd. nost. Leonis Papæ constitutione per contrarium sensum sumitur, ut puella, que coactæ parentum imperio virginitatis habitum susceperat, ipsum possint sine prævaricatione deserere: cum de ea rectè m possit intelligi, que in ætate nubili noscitur constituta: tunc enim quia liberum habet arbitrium, in electione propo- sita, sequi parentum non cogitur voluntatem. [Te prudentem noverimus & discretum, & si in ali- quibus dubitis, consilium a nobis sollicitudine Pastoralis re- quiris, & tibi de jure Canonico quod possumus responde- mus, & prudentiam tuam dignis in Domino laudibus commendamus. Curasti siquidem tua nobis infirmatione proponere.] ¶ PITH. 7. Clemens III.] Lugdunenfi Archiepiscopo. 2. V. C. XIII. IDEM. [C. an. 1190. Roma.] Valet professio facta sine susceptione habitus Religionis. ¶ Prorectum nobis ex parte tua petitorum continebat, quod I. Canonicus Archerontinus infirmitate gravatus, votum ut fieret Monachus se afferit emisisse: unde metens ne voto decederet non completo, junctis manibus tibi se reddi- Y ij